



lam traditionem absque matr. intervenisse, ibi: *Cum persona traditioem, quon non processerit sponsalia, vel consensu legitimum, nec fuerint erioa subsiqua: nullum inter eos obligatorium vinculum fit contractum.* Ex quo textu a contrario sensu aperte deducitur restitutionem excedendam a quanto matr. solum cum traditione absque copula intervenisset. *Primum suppositum fit, sponlatum ante omnia restituendum. Quare si conjux coalummatum matr. non expectata judicis sententia, ob adulterium vel ob aliam causam diverterat, restituendus est ante omnia sponlati conjugi: nec audiendae sunt exceptiones spoliantis, donec spoliatum ad pristinum statum restituatur: qua restitutione facta agerur de illis exceptionibus, ut latius dicemus rationem reddentes, ac textibus allegatis l. 10. disp. 12. n. 14. & 22. & fere per totam limitabimus, nisi causa spolii notoria sit, & aliis modis.*

4. Secundum suppositum fit. Ad hanc restitutionem spolii teneri spoliatum probare matr. esse legitime contractum, id est, per consensum de praesenti apparenter, & prima fronte validum: & se habere possessionem, & copulam esse. Ad omnem quippe restitutionem sunt probanda spolium, & possessio, *cap. Consultationibus, de officio delegat. cap. Olim, de rest. spoliat.* Et quavis hac regulariter factis sunt: at in causa matrimonialia speciale est, ut probandum quoque sit matrimonium, titulus saltem apparens, & praesumptus. Ut constat ex *cap. Transmissa, de rest. spoliat. cujus verba nu. 2. retulimus.* Et traditur ibi gl. v. Et ab eo. *Innoc. ibi, n. un. Hoff. ibi, n. 2. Jo. Andr. num. 5. Ant. n. 2. Abbas sine. Ancobar. in. Bellameran. 2. Et ratio est, quod in matr. non possit esse possessio facti abique titulo. Nec enim personae liberæ haberi possit possessio abique titulo, s. Cum heredes, in fine, ff. de acquir. possess. dicitur autem factis esse probare titulum saltem praesumptum: quia si ad restitutionem esset necessarium probare omnimodam matrimonii veritatem, impeditur allegata quacumque causa, ob quam irritum redderetur, ita ut ante restitutionem, de illa cognoscendum esset: contra *cap. Ex conquisitione, c. Litteras, de rest. spoliat. ubi bene advertit Abbas d. c. Ex transmissa, in fine.**

5. Tertium suppositum fit. Concordare DD. dato etiam non esse locum remedio restitutionis, quando spolium contingit ante matr. consummationem: solum tamen necessario esse, per posse, ut iudex officio suo cogat sponlatum de praesenti, aut sponlatam recedentem, exhibere ea, ad quae sponlati de praesenti teneantur: quando recedens non allegat justam fugam causam. Sicut emens domum, cujus nondum possessionem nactus est, potest iudicem adire, ut cogat venditorem sibi tradere possessionem: quamvis eam remedio restitutionis petere non possit, defectu possessionis nondum acceptae. Et ratio est, quod per contractum illum de praesenti jus acquiritur sit, ut tradatur possessio, non impediunt eam legitima causa. Potest ergo iudex adire, ut ad id cogat: alias iniuste denegans possessionem cogi non possit. Et confirmatur, quia notens implere sponsalia, cogendus est per iudicem ea implere, matrimonium inchoando, & eo inito, maritali affectione petradando uxorem. Ut habetur *cap. Ex litteris, et 2. in fine, de spons. Et tamen latissimum discrimen inter utrumque cogendi modum, quia quando non est locus remedio restitutionis, sed invocato iudicis officio, potest a spoliante obique quacumque iusta exceptio contra hanc petitionem: atque illa prius examinanda est, quam concho fiat, c. 1. de ord. cognit. Quod tamen non potest fieri, si remedio restitutionis locus esset: non enim ea nondum facta, audierunt illae exceptiones, praeterquam in aliquibus specialibus casibus a regula generali exceptis (ut n. 3. diximus) Et haec omnia docet *Innoc. c. Ex parte, n. 4. de rest. spoliat. c. ibi Hoff. n. 11. Jo. Andr. n. 7. Ant. n. 31. Card. n. 5. opposit. 1.**

6. His praemissis, triplex est sententia. Prima iustinet ante matrimonii consummationem non esse verum spolium, ac subinde non esse locum remedio restitutionis. Ducor primo, quia *c. Ex transmissa, de rest. spoliat. cujus verba num. 2. retuli,* expresse decidit ad restitutionem probanda esse matrimonium ac copulam. Secundo, quia *cap. pen. de probat. denegatur viri omnino restituito uxoris nondum cognita, & jubetur eam in monasterio depositam esse, donec eam non cognitam esse probetur, ibi: Ponatis interim in illo monasterio, quod intravit, ut ibi seare valeat commorari, donec iudiciali sententia, quid ogi debeat, decernatur.* Tertio, quia ante matrimonii consummationem, potest conjux recedens ingredi religionem, *cap. Ex publico, de conversi. conjug.* Frustra ergo ejus restituito petitur. Tandem quia cum matrimonium consummationem ac ultimam perfectionem ex copula asequatur, perquam conjuges una caro efficiuntur, ac unum generationis principium: sique copula finalis matrimonii causa, ac obsequia conjugum, & cohabitatio sunt quaedam extrinseca: ac oscula sunt solum quaedam praedidia, vera matr. possessio in sola copula consistit. Non ergo ante copulam erit verum spolium, nec restitutioni locus erit. Quod haec possessioem requirit (ut n. 4. probavi) Et ideo hanc partem sustinent gl. d. *cap. Ex transmissa, v. Et ab eo. Et ibi Hoff. num. 2. eod. v. Ancobar. num. 1. Idem Hoff. cap. Ex parte, n. 11. de rest. spoliat. c. ibi Innoc. num. 4. Vincent. ibi, Jo. Andr. num. 6. c. 8. Anon. num. 31. in. Card. num. 5. opposit. 1. Idem Jo. Andr. c. pen. num. 5. de probat. c. ibi Bald. num. 5. c. 8. Fel. n. 3. idem*

Bald. d. *cap. Transmissa, in fin. Alex. de Nevo, cap. Cum locum n. 33. de spons. Ripa l. Naturaliter, s. Nihil commune, nu. 84. Fallentia 12. in fin. ff. de acquir. possess. Barbarus d. c. pen. colan. repet. num. 18. Paulus a Castro cons. 272. in nota edic. est 277. Quia per spiritum, dub. 2. num. 4. volum. 1. Et faver aliquantulum huic tenent. *Rimold. junior, cons. 415. n. 13. c. 9. q. 9. ap. specialiter n. pen. citatur pro hac sent. Barb. ff. soluto matr. in rub. 2. p. n. 80. at solum dicit ante consummationem matr. non concedi restitutionem ad copulam. Quod etiam fateretur tertia sententia a nobis amplectenda.**

7. II. Sententia tenet, si sponsa ea de praesenti tradita sit in sponli domum, & ut uxor tractata, quamvis consuet non secutum esse copulam, acquiri quasi possessionem ipsius, atque ita concedendam restitutionem ipsius marito spoliatum, non tantum quoad habitationem, sed etiam quoad copulam: nisi mulier proponat se virginem esse, & aliquid alleget, quo probato, non tenebitur ad copulam, tunc enim at denegari restitutionem, donec de re illa per mulierem allegata cognoscatur: non defectu possessionis, sed quia restituito est deneganda, quoties ex ea damnosa irreparabile immineret (sic dicemus l. 10. disp. 12. n. 22.) quod in hoc evenitu continget. Nam virginitas per copulam auferenda, si posita reperitur causam eam denegandi iustam fuisse reparari nequiret. Quod si sponsa ea tradita non fuerit, cum cesset possessio ejus, dicitur haec sententia cogendam esse redire ad conjugem dimissum, & ad copulam, nisi exceptioe aliqua jura se femina tueretur, non via restitutionis, sed ratione contractus matr. ad id obligantis. Sic tenet *Bellameran. c. Ex parte, n. 11. de rest. spoliat.*

Tertia sententia (cui tanquam probabiliori adhaereo) 7. quamvis duae praecedentes sint probabiles) iustinet, ante matr. consummationem non esse locum plenae restitutionis, nempe, quoad habitationem, & copulam: at bene quoad solam habitationem, & alia ministeria inter conjuges mutuo debita, praeter copulam. Dicitur, quia id aperte colligitur ex *cap. Ex parte, de rest. spoliat. a contrario sensu* (ut super verbis relatis ponderavi num. 2.) Nec obstat *cap. Ex transmissa, eod. t. ubi oppositum videtur decidit.* Quia juxta hanc sententiam facile conciliantur. Prior enim textus de sola restitutione quoad habitationem, & alia obsequia agit, atque ita solam traditionem ad domum petit. Posterior autem de plana restitutione etiam quoad copulam: ac proinde iure optimo postulat copulam habitam. Secundo, quia etsi plena possessio habeatur per solam copulam: ac negari nequit possessioem habitatoriam, & aliorum ministeriorum acquiri per traditionem ad domum. Ergo iniuste his spoliatum venit ante omnia restituendus ad haec omnia praeter copulam. Tertio, quia *cap. penult. de probat. adductum num. 6. pro prima sententia, potius huic faver.* Nam ideo denegatur restituito quoad habitationem, & jubetur eam feminam in monasterio deponi, donec causa decidatur (ut egregie animadvertit *Jbi Glossa verb. Ponatis*) quod ea se virginem, & monialem allegaret, quo existente vero valuit professio, utpote, quae ante matrimonium consummationem facta est. Quare denegata merito est restituito, nec commoveretur. Atque subdit *Glossa, esse hunc casum specialem, in quo cessat restituito.* Ergo textus juxta *Glossa* potius sentit restitutionem concedendam fore, quoad habitationem, nisi professionis valor obstat. Quod si dicas restitutionem non posse dividi: contrarium plane probatur ex *c. Litteras, v. Propterea melius, de rest. spoliat. ubi allegata nullitate matr. ob consummationem a conjuge spoliantis, jubetur spoliatum plene restituendum, nisi probationes consanguinitatis incontinenti offerantur, at illis se oblati quoad solam habitationem.* Tandem, quia non obstat, conjugem nondum consummatum matr. recedentem, posse transire ad religionem. Quia id non auferit conjugis dimissam possessionem, dum non transit. Ad illam ergo interim restituendus est. Et ideo hujus sententiae sunt *Jo. de Ligano, d. cap. Ex parte, quem ibi refert, ac sequitur Abb. num. 25. c. d. cap. pen. num. 1. Imola d. cap. Ex parte, num. 11. Decius eod. cap. pen. in nova edit. num. 13. Brunel. de sponsalibus, cons. 12. num. 5. Alex. Carrer. l. 1. de sponsal. cap. 3. & hujus sent. videtur *Dominic. cons. 124. n. 3. ubi ait, quoad omnes matr. effectus acquiri servitutum conjugalem per traditionem, & copulam: & ita sentire videtur secus esse quoad possessionem habitatoriam solius.* Et similiter eidem tenentiae faver *Antonius d. cap. Ex transmissa, n. 2. dicens ad plenam restitutionem probanda esse matrimonium, & copulam.**

Hinc deducitur, fuga contingenti ante traditionem ad domum, nulli restitutioni esse locum. Quod nulla possessio acquisita sit. Et ita fateretur *Joannes de Lignano, Abb. c. Alex. Carrerius num. praecedenti allegari, Bellar. relatus nu. 7.* Quamvis autem tunc uxor via restitutionis non cogatur habitare cum viro, & ei copulari: at si nullam justam exceptionem proponat, cogenda est ad utrumque ex vi contractus matrimonii. Ut retulimus *de Bellameran. eod. num. 7. & cum multis diximus n. 5.*

Temperanda tamen est haec tertia sententia, dom ait sponsam nondum cognitam restituendam esse viro quoad habitationem, antequam audiantur ejus exceptiones: si post traditionem recesit, ut intelligatur nisi vir sit adeo severus, ut merito timeatur extorsio copulae: nec possit iustitiam cavere

veri hoc damnum, cautione per virum praesita, tunc enim ob hunc timorem differenda est restituito, donec de exceptionum iustitia cognoscatur. Et ita docet *Abbas utroque loco, c. Brunel. n. 8. citati.*

11. Hactenus egimus de priori casu restitutionis in genere ante matr. consummationem. Jam posterior casus disputandus est, nimirum, an quando nulla alia ratio spolii allegatur a conjuge, qui suam conjugem deserit, praeter spoliatum conjugis impotentiam, ac constat matr. illud minime consummatum esse: non tamen defectus potentiae conjugi constat, si restituito faciendi quoad habitationem, & copula, aut saltem ad utrumque possit cogi ille spolians invocata iudicis officio? Et videtur saltem oblati incontinenti probationibus differendam restitutionem esse quoad copulam, focus quoad habitationem. Quia id generale esse, quoties allegatur aliquid ex impedimentis dirimentibus dicemus l. 10. disp. 12. n. 22. At impedimentum impotentiae dirimes est.

12. Sed aliter, hac in re sentiendum est, si nondum lapsus sit experientiae triennium, concessum, c. *Laudabilem, de frigidis.* Et si id lapsus sit. Quando ergo lapsus non est, cogendus est conjux, qui recesit, excommunicatione contra ipsam lata, ac cohabitandum. Ut bene docent *Hofstien. sum. r. de frigid. s. Qualiter, c. quando, num. 12. fin. v. Quid si per maritum fiet, c. cap. fin. n. 10. v. Continuum, eod. t. ubi Jo. Andr. num. 10. Ant. 10. Ancobar. ad fin. Alex. de Nevo, nu. 20. Prepos. num. 4. v. Quisvit quid sit per alterum. Alberi in suo dictionario, lit. D. v. Divortium, col. 2. v. Quid si per alterum. Astenf. 2. par. sum. l. 8. t. 37. ar. 1. qu. 4. 76. de Friburgo in summa Confessorum l. 4. t. 16. p. 18. Rosella v. Divortium, n. 5. c. ubi Supplem. Pisanus num. 5. Silo. q. 20. nu. 23. Quare merito Manuel. l. sum. in 2. editioe cap. 235. cons. 3. n. 3. in fin. ait denegandum absolute non tamen noli cum viro habitare, nullam aliam rationem quam impotentiam viri alleganti, nec lapsus esse triennium experientiae. Atque idem dicendum est, si cohabitare velit, ac non permittat copulam interdi. Et ratio horum est, quod nullam executionem legitimam allegat copulae negatae. Nam impotentia illa dubia probanda est per triennium experientiam: quare hac experientia non praemissa est frivola exceptio, & nulla causa recedendi subest. Quare cogenda est redire ad virum, ut triennio cohabitacionis vacando copulae recedat, consistet, an impotentia illa sit perpetua, ac matr. dirimat. Alias frustra jus praescripserit illud experientiae triennium. Et ita docent *Hofstien. d. cap. fin. num. 10. Jo. Andr. Ant. Ancobar. Prepos. Alexan. de Nevo, Alberi. Astenf. Rosella, Supplementum Pisanus, Silvester eisdem locis: uno petenda est cautio deinceps habitandi. Ut docent Hofstien. in summa, Albericus, Astenf. Joannes de Friburgo, Rosella, Supplementum Pisanus, Silo. ibid. At tandem si adhuc nolit cohabitare, & vacare copulae cogi potest per iudicem saecularem. Ut bene tradunt Hofstien. d. cap. finali, num. 10. Jo. Andr. Ant. Ancobar. Prepos. Alexan. de Nevo, nunc allegatis, Alberi. c. Astenf. eisdem locis relatis. Non obstat ratio numero praecedenti adducta. Quia ea doctrina procedit in reliquis impedimentis dirimentibus, ratione periculi calpa mortalitatis, quae in copula requireretur, si matr. non esset validum. At secus res se habet in impedimento impotentiae, quod per aliquid non caret constat. Quod id verificandum sit necessaria experientia copulae triennio habitata: quare nulla est in ea culpa, imo potius est sub praepcepto ad eam experientiam sumendum.**

13. Sed rogabis, an hac coactio sit remedio restitutionis faciendi: an potius ex vi contractus, invocato iudicis officio? Dic sentiendum esse diversimode juxta opinionum varietatem. Quia sequendo primam sententiam n. 6. relaram, dicendum est non esse locum in hoc casu remedio restitutionis: sed ex vi contractus invocato iudicis officio, coactionem faciendam: quare si recedens allegaret aliquam exceptionem justam, ea prius examinanda esset juxta dicta n. 5. Quia matrimonium nondum consummatum est, in quo casu sententia haec nullam restitutionem admittit. At retenta nostra, n. 8. relata, non erit locus remedio restitutionis quoad copulam, sed coactio fiet ratione contractus, unde adverus eam admittetur exceptio iuxta aliqua, si quae allegetur, ac quoad habitationem si praecesserit traditio sponlae illius in sponli domum, erit locus restitutioni: nec ulla admittetur exceptio, quae non sit notoria. Ut constat ex dictis n. 8. juncto nu. 5. 14. Quando autem triennio jam experientiae lapso contingeret fuga conjugi ob alterius impotentiam, juxta primam sententiam n. 6. relaram, non restituitur conjux spoliatum, nec cogetur redire spolians, donec exceptioe impotentiae admittit la desicidat. Quod juxta illam sententiam non admittatur restituito ante matr. consummationem: & adde exceptioe iusta impediens coactionem. Quae ubi non est locus iudicio possessore, ac restitutionis, admittenda est. Ut diximus nu. 5. At tentata nostra sententia n. 8. relata, cum non poterit conjux propria autoritate excedere, non expectato Ecclesiae iudicio, restituitur quoad habitationem: antequam exceptio admittatur. Sicut quando recedit ob consanguinitatis impedimentum, ob hanc rationem deducitur *c. Litteras, de rest. spoliat. v. Propterea melius, restituendum esse coniugem spoliatum, quoad habitationem, quia iniuste ante Ecclesiae sententiam spoliatum est. Quod in omni impedimento dirimentis servandum probabo l. 10. disputacione 12. num. 22.*

Nec in hoc casu habebit locum, quod decidit *cod. c. Litteras*, nimirum, allegato eo impedimento consanguinitatis nec oblati incontinenti probationibus, restitutionem quoque quoad copulam faciendam. Quia ibi est sermo de matrimonio, consummato, & sic conjux plenam conjugis, quoad copulam habebat possessionem: quare merito iniuste spoliatum, est plene restituendus: & solum differitur restituito quoad copulam, quando offeruntur incontinenti probationes illius impedimenti, ob peccati periculum, quod in copula admittitur, si impedimentum verum est. Et in nostro casu, cum matr. minime consummatum sit, atque ita non sit possessio copulae, non est locus restitutioni, quoad copulam: nec iudicis officio compellerur, donec terminetur causa illa impotentiae. Quia allegat exceptionem justam, nimirum, impotentiam conjugi, elapso jam experientiae triennio.

Sed quid, si conjux contra quem allegatur impotentia teneatur se fatendo in iudicio se post id matr. cognovisse alias feminas, ac proinde se non esse impotentem asserat: an possit femina ea adulterii confessione, uti in suam utilitatem, ut saltem ratione illius concedatur sibi divortium, atque sic non cogatur cohabitare? Atque sane id integrum illi feminae esse, ex eo suadet, quod confessio adulterii iudicio facta id notorium reddat, ac proinde ob id tanquam notorium deneganda est conjugi, qui recesit, restituito (ut dicemus l. 10. disputacione 12. num. 17. & 25.) Deinde, quia non obstat, exceptionem hanc aduiterii per feminam allegatam, esse contrariam ejus assertioni impotentiae viri. Quia quamvis actor nequeat contrarias adiones intentare *l. Nemo, ex bis, 43. s. Quoties, ff. de regulis juris, l. 1. Quod in hered. s. Eligere, ff. de tribuaria adione, cap. Ut quis duas, de delict. in 6. At reus potest se contrariis exceptionibus sub conditione praepositis tueri. Et damnatus potest allegare sententiam fuisse nullam: & dato fuisse validam, se appellare. Et reus conventus, ut pecunias solvat, potest excipere negando debitum: & casu quo hoc probari contingat, solum jam esse. Ut constat ex *l. Nemo ex bis, 43. in principio, ff. de reg. juris: c. cap. Nullus pluribus, 20. eod. tit. nu. 6. ubi Dynus n. 8. rationem discriminis reddit, quod favorabilior sit causa rei, quam actoris: in hujus enim potestate est convenire: at in illius potestate non est se conveniatur. Cui ergo in iudicio hoc ea uxor, quae a viro recesit, sit rea, utpote, quae convenitur, ut ad virum redeat, potest se tueri contrariis exceptionibus, ut impotentiae viri, & casu quo potens sit aut ei exceptioni tunc non sit locus, adulterii per ipsam admitti, quod in iudicio factus est.**

At negandum est posse esse illa confessione viri fructum consequi, atque illa se tueri ad divortium. Quod longe aliud sit, reum contrariis se exceptionibus sub conditione propositis tueri: quod fas esset, probant adducta numero praecedenti: & velle uti ad suum commodum confessione actoris, vel aliis per ipsam allegatis, quae reus ipse impugnat. Quod nullus textus admittit: sed expresse adversatur *reg. juris, 38. Ex eo, de regulis juris, in 6. ubi: Ex eo non debet quae fructum consequi, quod nisi est impugnavit. Et l. Papinianus, s. Si ex causa ff. de offic. testam. c. l. Si testamentum, ff. de petitione hered. Ac id contingit in hoc casu, nam impotentia viri per uxorem allegata, prorsus diluit, nec secum admittit confessionem adulterii factam a viro: ac proinde nequaquam potest uxor ea viri confessione uti in suum favorem. Quod egregie docuit *Oldradus cons. l. n. 8. in casu quodam restitutionis ad quoddam beneficium: pars enim nitebatur jus suum tueri ex productis per adversarium, quae ipse impugnavat, & ait Oldrad. id sibi non permitti. Idem docent alii eam reddentes rationem, quod in confessione dicatur, quasi contracti: at talis quasi contractus non potest celebrari inter dissentientes. Sic Baldus l. Cum praeum n. 1. v. h. Tu die, c. de liberali causa, c. l. 3. num. 2. per eum textum, c. de repud. hered. s. v. ceteris, l. generaliter, num. 9. q. 6. v. Ego conjugo, c. de non nu. pecun. Jas. l. Postquam l. n. 2. c. de patris. Felinus cap. Examinata, n. 3. de iudicis, Mandosius Albenf. cons. 9. n. 29. c. conf. 17. n. 10. vol. 1. Idem existimo, quamvis femina non allegaret virum esse absolute impotentem, sed esse impotentem, respectu ipsius feminae. Nam cum jus praesumatur potentem respectu unius feminae, esse ad omnes potentem (ut diximus disputacione 37. num. 11. & 12.) eo ipso, quod femina allegat virum esse impotentem, vir ex juris praesumptione allegat impotentiam erga omnes, ac ita impugnavit censetur confessio adulterii a viro facta. At si allegaret viri maleficium erga ipsam, posset utique ea confessione viri uti in suum favorem, postquam maledicium raro contingat restituito omnium, & communiter sit respectu unius (ut diximus disp. 94. n. 4.) allegatio uxoris nullatenus adversatur confessioni viri: ac proinde non obstat quo minus ex ea possit fructum consequi.**

Et quando potest conjux ea confessione uti in suum favorem ac damnum contentis, si hic consistit fit minor, potest restitui adversus propriam confessionem, & petere ut res ad eum statum redeatur, ac si confessio facta non fuisset. Quod quamvis minor in causis matr. reputatur major, ac subinde restitui nequeat: at post restitui causa judicialia in his actibus contingit (ut probavi rationem reddens l. 7. disputacione 37. num. 22. ad finem) Et *l. s. fones de rest. in integr. 2. p. q. 60. ar. 3. nu. 20. exemplum ponit in restituitoe* petita

petita a minori in casu matr. adversus suam confessionem. Quod si dicas, non esse locum huius restitutionis, quando verum factus est, cum tunc licet esset, quod quilibet major prudens facere tenebatur. *L. in causa de integritate rest.* Respondetur id verum esse, at postea restitui adversus eam confessionem, quae intempore, & tempore incongruo, & quando non tenebatur fieri, facta est: non fave contra veritatem detectam, sed contra damnum, quod ei pullulavit fatendo illam tempore incongruo, ut bene docent *Innoc. cap. Ex lit. n. 1. de in integr. rest. Felin. in procmio de r. n. 3. Sfortias de rest. in integr. 2. p. q. 65. ar. 8. n. 32.* Quod si adhuc istis, minorem non restitui adversus delictum a se commissum, *L. Ex causa, §. Nunc videndum, ff. de minor.* Et in propria adulterii specie est textus *L. Auxilium, §. Sed ut legis, ff. de minor.* Et tradit Sfortias de rest. in integr. 2. p. q. 80. per totam, & praeterit ar. 6. *Et q. 81. ar. 1.* Dico non competere restitutionem adversus id delictum: & hoc probant illi textus. At competit adversus confessionem in iudicio factam minus bene: ut si factus est delictum, quod vere vel praesumpte probatum non erat, aut probari non poterat: tunc enim dicitur legatus ut late Sfortias de rest. in integr. 2. p. q. 65. ar. 8. n. 33. *Et toto ar. 9. praeterit, n. 4. Monachus de arbit. l. 3. cent. 3. casu 268. num. 4. Antonius Gomez tom. 7. var. c. 1. n. 65.* Et quamvis aliqui hoc non admittant in civilibus (qualis est causa adulterii allegati ad divortium petendum) sed in solis criminalibus: at frequentiori sententia in utrisque admittitur. Sic tradunt Baldus *l. un. n. 28. C. de confessi. Dominicus 1. 2. num. 8. de in integr. rest. in 6. Alexander cons. 2. num. 2. l. 3. Rebutus de cons. reg. ar. 1. glof. 1. num. 32.* Et alii, quos refert, ac sequitur Sfortias *dist. 2. p. q. 65. ar. 8. n. 34.* Quare concludo petita hanc restitutionem per minorem, rem ad eum statum reducendam, in quo esset, si confessus non fuisset. Id enim restituito in integrum importat, *L. Sed et pariter, ubi: omnem causam, ff. quod metus causa, l. Restituitur, ff. de v. libi. cum multis congetis a Sfortias tradatu de rest. l. p. q. 1. ar. 1. n. 8.*

Tandem dubitabit, an in foro conscientiae satis sit ea confessio, ut cessante scandalo, possit alter conjux, si innocens sit, divertere, quamvis ex ea in foro externo jurare nequeat? Solutio pendet ex eis, quae dicemus *l. 10. dist. 12. a. num. 37.* Alio late agetur de notitia ad hoc requisita. Et iuxta ibi latius dicenda censet ex modo confectionis factae pendendam esse, an vir prudens merito credere possit eam esse veram, & non solo animo factam repellendi exceptionem impotentiae allegatam ab uxore, & tunc erit iuxta eam, ut in foro conscientiae possit uxorem cessante scandalo, avertere, ac debita negare. At exillimo id raro contingere posse, ut uxor, quae credit, ac experta est virum impotentem esse, valeat libi persuadere vere adulterium esse admittum ab illo. Et ita raro ex ea causa licebit sibi divortium.

DISPUTATIO CXIII.

Quales debeant esse matronae de sponsae virginitate depositurae, & qualiter quibusque diligentis praemissis debeant deponere: & publicis attestacionibus an possint aliter admitti, & reculari: quid possit iudex ex officio in his causis conjugialibus?

SUMMARIUM.

- An matrone debeant esse peritiosae, & honestae, ut fidem faciant: & possint omnes exceptiones, qua aliorum testimonium si dem enervant, contra ipsas opponi? 1.
- An debeant esse de parochia, & nec nimis juvenes, nec nimis senes? 2.
- An debeant esse nobiles? 3.
- An satis sit si de harum peritia, & aliis qualitatibus requisitis, confesit ex earum assertione, vel ex notarii aditu? 4.
- Cui incumbat matronae eligere? 5.
- An matrone, & ceteri artis periti reculari possint? Proponuntur suadentia partem negantem, 6.
- Possunt reculari, & solvuntur contraria, 7.
- An possint reculari, sive a iudice sive a partibus electis sint: & an exigatur causa? ubi & de arbitrio, & arbitratore, 8.
- Quid, quando singulae partes singulas matronas eligunt, 9.
- An matrone oculis inspicere, & manibus tangere debeant feminae voveranda, ut de virginitate deponant: & quae sint virginitatis signa, & an possit virgo manens concipere? 10.
- An desideretur feminam in balneo lavari? 11.
- An sint diligenter examinanda, ac virginitatis rationem reddantur matrone, ut earum testimonium probet? 12.
- An sit opus ut jurent, & similiter de aliis artis peritis? 13.
- An iurare debeant citata, ac praesenti parte? 14.
- An testificari debeant de certa scientia, an sit sit de verisimili, 15.
- Quae matrone, aut artis periti deponere debeant, 16.
- An sit sit aliquando una, aut unus artis peritus, 17.
- An aequae credatur matronis, & artis periti, quando de negativa deponant. ac quando de affirmativa? 18.
- An plus credatur peritioribus, quamvis pauciores sint? 19.
- Quibus credatur quando aequalis numero, ac peritia deponunt de virginitate, de potentia viri, aut de virginitate, ac corruptioe feminae? 20.

- An femina sit aliquando a medicis inspicienda, 21.
- An publicatis attestacionibus possint aliae matronae induci, atque id generale sit in omnibus causis peritorum artis iudicis decedentis, 22.
- Quid si jam lata sententia sit, n. 23. Ubi remissio, an idem est in aliis causis artis peritorum decedentis, & an sententia in illis transeat in rem iudicatam? 24.
- An in causa conjugali, & in aliis, in quibus iudicis officium exuberat, possit iudex ea ex officio mentare, qua possit pars, 25.
- In his causis multo iudex ex officio supplet, 25.
- An possit iudex corrigere dictum matronam vram, ac aliorum ex artis peritia deponentium, 26.
- An possit ex officio, impedimento allegato, facere impotentem inspicere, 27.
- An in causa conjugali, aiori nil probanti, sit iuramentum de ferendum reo, n. 28. & ibi, an idem sit, quando opponitur impedimentum iuramento matrimonium, nec probatur.

In hac disp. breviter tractandum est de matronarum qualitatibus, ac modo deponendi de feminae virginitate, ut inde faciant: ac de eis, quae potest iudex ex officio in his causis conjugialibus. Prima conclusio sit: Matrone debent esse artis peritae, honestae, ac bonae famae, non leves, aut viles, ne modico pretio subornatae falli deponant. Et idem est de aliis artis peritis, iuxta eam peritiam depositum. Constat ex c. penul. de probat. ibi: *Honestas matronas, providas, ac prudentes deputare caverit.* Et ex c. Fraternitatis, de frigiditate in princ. ibi: *Providas, & honestas.* Ubi Innoc. in intro explicat, providas, id est, peritas. Et cap. fin. eodem tit. ibi: *A matronis bona opinio, si de dignis.* Et ex l. Magistros studiorum, C. de profess. & medic. l. 10. Quare omnis exceptio, quae alios testes excludit, ac eorum fidem enervat, & excludit quoque has matronas. Constat ex d. c. penul. ubi admittuntur exceptiones, quas vir opposuit adversus matronas. Et docent ibi gl. v. Mulieres, & ibi Ant. num. 9. Abb. in prin. notab. antepen. & melius Franz. Aretin. ibi num. 3. notab. 3. Quod adeo verum est, ut licet ex matrona fiat nobiles, minime admittantur, & quamvis perita sint si prudentia, aut morum honestate destituantur. Ut bene docent Baldus d. cap. pen. in fine, & ibi Felin. in fine. An vero desideretur eas esse peritissimas, dixi disp. 109. n. 7.

II. Conclusio. Nec nimia juvenitas, ob experientiae defectum, nec nimia senectus, ob defectum vius debet matronis inesse. Quia cum matrimonio dissoluto sit res gravissima, est omnia circumspicione testium tractanda. Sic Joan. Andr. c. Fraternitatis, n. 4. de frigiditate in princ. ibi: *Honestas, n. 1. Ant. n. 18. Ancl. n. 2. notab. 4. Prepos. Alex. de Nevo, proximo allegati.* Admittunt tamen bene Hostius & Preop. querasdas esse matronas peritiores, in quantum fieri poterit, quamvis non sint ex parochia.

Sed an debeant esse nobiles? Alexand. de Nevo c. si num. 9. 3. de frigiditate referit quendam casuisticum lufonius esse debere et nobiles: allegata in suam favorem gl. cap. Nec aliqua, v. Obstericum 27. qu. 1. Sed jure optimo recedit ab hac sententia ibi nu. 10. quod nullo jure nobilitas in matronis petatur, ut constat ex rextibus duplici n. praeced. allegatis. Adde fore, ut nulla matronae testificacioni huic idoneae reperitur. Cum enim inspectio habeat obstericum sit, atque hoc munus nobiles dedecet, nunquam aut rarissime matronae nobiles invenirentur. Nec Gloza allegata sentit opinionem illius casuistici, solum enim obiter dicit duobus, aut tribus matronis nobilibus, aserentibus feminam esse cognitam, standum esse eorum testimonio: at non dicit non esse illis credendum, si nobiles, minime sint. At fatendum est cum Alex. de Nevo, eod. nu. 10. quando obsterices diversae contraria attestarentur, potius habendam fidem nobilioribus si cetera sit paria. Quod praesumat fore, ut nobiliores non ita facile lubricentur, ac pejerent.

Rursum dubitabit, an si de matronarum peritia requisita, 4. non aliter constat quam ex earum confessione in iudicio facta, in qua se artis huius peritas esse fatentur, id satis sit, ut ea qualitas requisita probetur? Francisc. Aretinus c. Proposuit, num. 15. & 16. de probat. movet quaestionem in genere de omnibus artis peritis: & citato Baldo sic distinguit: Si sola ipsa testis deponat de qualitate, quae sibi debet inesse, non sufficit, secus si habeat alium contestem. Non enim recitari testimonium suum, licet de qualitate sua attestetur: quod non videatur attestari in causa propria, sed potius in partis utilitate. Et licet aliqua falsitatis suspicio labatur, eo quod videatur id asserere, ut testimonio suo fides habeatur: at haec non est iudicium probabilis: nam quae ratio non praesumitur ob iuramentum factum in dicto principio, ita nec in circumstantiis respicientibus eadem vel personam,

nam, argumento ex l. Doli, vers. Diversum, ff. de nova. Similiter ait credi eam qualitate inesse, si notarius in instrumentum eo qua deponat. Quia testatur verbis notarii enunciativis: eo quod de hac qualitate potuerit fieri fides temporum examinationis: ob ea, quae habentur c. Quoniam contra, de probat. per Doctores, & l. 1. C. de fide instrum.

III. Conclusio. Matronarum electio iudicis est, non partium, Quia potius iudicem, quam testium munus obeunt, (ut nu. 7. probavimus) Et vocatur ut iudicem instruant. Sic tradit, allegatis Bartolo, & Angeb. Felin. cap. pen. nu. 2. notab. 5. de probat.

Hinc decidenda est ea quaestio. An matrone, ac ceteri artis periti, qui ea peritia artis de re aliqua attestari debent, possint reculari? Pars enim negans inde suadet. Quod cum reculatio sit jurisdictionis declinatio: teste Speculatore, t. de reculacione, in princ. & matrone alicuius artis periti jurisdictionem careant, nulla ratio suadet eos reculari posse. Et confirmat quia testium fides enervari sane potest objectis aliquibus eorum vitis, at ita reculari nequeant: eo quod jurisdictionem nullam habent. At matrone, ac alii artis periti sunt testes. Ut constat ex c. Proposuit, de probat. ibi: *Videatur igitur nobis, quod iuramento puelle, ac septem illarum mulierum testimonio fides est potius adhibenda.* Et cap. fin. de frigiditate loquendo de matronis, sic dicitur: *Quae perhibuerunt testimonium ipsam adhuc virginem permanere.* Secundo, quia arbitrator nequit reculari. Ut docent Ant. cap. Quintavallis, n. 19. de iurjur. Guliel. de Ruzo, quem refert, ac sequitur Avendaam de exequentibus mandatis Cuneo l. 2. c. 23. n. 10. At qui arbitratores quidem sunt.

IV. Tamen conclusio sit. Matrone, ac omnes alii, qui iuxta artis peritiam de re aliqua deponere debent, reculari possunt. Quia hi non sunt proprie testes, sed eorum depositio, & declaratio magis est iudicium, quam testificatio. Ut docent Bart. in tr. testimonium, n. 12. Bald. l. 2. num. 4. ff. de iuris. Decius cap. Proposuit, in nova edit. n. 53. vers. Ultima de istis peritis, de probat. & ibi Felin. num. 6. & alii quos refert, ac sequitur Ful. Pacianus, de prob. l. 1. c. 47. nu. 15. & 94. Et constat ex c. Quia iudicante, de prescrip. ibi: *Agri mensuris distinctionem, & l. Cori iuris, ubi: iudicare, C. de iudicibus.* Unde Jo. Garcia de expensis, c. 24. n. 18. ait hos obtinere vicem testium, quatenus deponant, & vicem iudicium, quatenus ex forma sententiae iudicis, cuius vi & potestate creatur, iudicant. Unde Baldus l. Data operam n. 23. vers. Si autem non est verus, C. de bis, qui acculari non possunt vocat hos testes non veros, sed praesumptos. Adde multo verius esse, posse arbitrator reculari (ut n. 6. seq. dicemus) Et ex his manent soluta contraria proposita num. praeced. Et pro hac sententia iudicem Bartolus l. Theopompus, nu. 11. ff. de dote prelegata. Covar. l. 2. var. cap. 13. num. 5. concl. 6. Masfar. de probat. concl. 1038. num. 19. Fulv. Pacianus, de prob. l. 1. c. 47. nu. 120. ubi dicitur, adversus artis peritos posse partem opponere esse suspectos. Et in propriis terminis tenet Jo. Garcia de expensis, cap. 24. num. 25.

Sed lata differentia est, quando hi periti eliguntur a iudice, & quando eliguntur ab ipsis partibus. Nam quando eliguntur a iudice, possunt absolute reculari, nulla alia allegata causa, quam suspicionis. Sicut iudices saeculares ex hac sola causa reculantur, *L. Apertissimi 14. C. de iudicibus*, iuncta gl. ubi verb. Reculare, communiter recepta & l. reg. 22. l. 4. p. 3. Quare satis est, & requiritur iuramentum partis reculantis, quae iure sibi peritos illos esse suspectos. Sicut ad reculariorem iudicis saecularis id iuramentum requiritur, & satis est. Ut docent ead. gl. verb. ead. Reculare Et licet d. l. reg. 22. hoc temperet, nempe exigat iuramentum, si petatur: at uti receptum est, ut iuramentum sit necessarium. Ut notat Greg. Lop. ea l. 22. verb. Sibi demandare. Et videtur probari ex l. 1. tit. 16. l. 4. nove recep. Sed dices, cum iudicium hoc, in quo matrone deponunt de virginitate feminae, ad concludendam viri impotentiam, ac dissolvendum matr. sit fore Ecclesiasticum, matronas, ac medicos non posse reculari in hoc iudicio, nisi allegata, ac probata causa coram arbitrio. Sicut in reculacione iudicis Ecclesiastici decretum est cap. Suspicionis, de offic. delegat. cap. Secundo requirit, §. Tertio populus, & cap. Cum speciali, de appell. cap. Legitima, de appellat. in 6. Sed respondeo tantum de iudicio iudice Ecclesiastico decretum esse, quando enim in eo iudicio reculantur notarius, vel matrone, aut alii, qui iuxta artis peritiam attestaturi sunt, id non est necessarium, sed servatur ius civile, quod solo iuramento dicto decernit reculacionem admittendam. Id enim etiam in foro Ecclesiastico servandum ubi jus canonico nihil disponit, probavi l. 1. disp. 6. num. 24. Et idem dicendum est, quando discordantibus inter se electis a partibus, iudex tertium eligit, solo dicto iuramento praetito, quamvis inter partes actum esset, ut in ea discordia iudex tertium eligeret. Quod si tertius a neutra parte probationem habeat, ut vel sic causa reculacionis desideretur, iuxta statim dicenda, sed tantum utraque pars convenit, ut iudex tertium eligeret, quod intelligendum est, dummodo ille tertius neutri parti suspectus sit. At si utraque pars duos illos peritos, aut matronas elegerit, neutra reculare poterit abique causa nova, aut qua de iure in eius notitiam pervenerit. Quia iudex, a partibus electus, utpote, qui earum approbationem habet, nequit reculari, nisi ex causa nova, aut tunc

in reculantibus notitiam venienti. Ut docent gl. cap. Statutum §. Cum autem, verb. Recuset, de reser. in 6. & cap. in singulari, ver. Et appellacione, de statu monach. communiter approbatae. Et ob hanc rationem reprobat sententia Antonii relat. nam. 6. docentis arbitratorum reculari non posse, tradit communis sententia id tantum esse verum, & in arbitrio, & in arbitratore, quoties non adest nova causa, aut non est de novo cognita: tunc enim reculari non possunt, eo quod partes eos eligendo approbavit, iecus tali causa existente. Sic tradunt Abb. c. Quintavallis, num. 12. de iurjur. & ibi Imola num. 27. Alex. de Nevo, nu. 102. & 103. Franc. cap. Cum speciali, qu. 15. num. 36. de appell. Et ita intelligendum est Jo. Garcia de expensis, cap. 24. num. 25. ubi ait posse ex nova causa supervenienti hos artis peritos reculari. Et haec constat ex l. Si quis testib. 13. C. de testib. ubi dicitur testes a quopiam in suum favorem in una causa productos, non posse ab eodem in alia reprobari, nisi ostenderit inimicitias inter se, & illam profecta emeruisse. Quare reculantur incumbit onus probandi hanc causam. Ut constat ex l. Si quis testib. ubi ostenditur. Item quia cum intentio sua, ac iustitia reculacionis fundetur in ea causa, ipsi incumbit eam allegare, ac probare, ut possit reculacio admitti.

Quod si quaelibet pars suam artis peritiam eligat, quaelibet poterit a se electum reculare ex nova causa supervenienti, aut tunc deno cognita: si per ipsam praeced. diximus ex ea causa posse arbitratorum a facie ipsa electum reculari: ac neutra poterit reculare electum ab altera. Quia cum quaelibet parsium eligat, servatur in hoc aequalitas, & si electus ab adversaria alteri suspectus sit, habeat altera suum electum, qui ius suum tueatur, ac illis diffidentibus, neutra pars litis victoriam obtinebit, sed tertius eligetur a iudice, qui potest a quaelibet parte, cui suspectus fuerit, reculari. Ut probavi n. praeced.

V. Conclusio. Ut matrone legitime deponant de feminae virginitate, non satis est, ut illius verenda oculis inspicant, sed desideratur, ut perscrutant, atque sufficienter, & facilliter tangant manibus. Sic colligitur, ex cap. pen. de prob. ubi cum praecipitur adhuc alias matronas adhiberi, ac reddatur ratio ibi: *Quia saepe manus fallitur, & oculis obstericum.* Supponitur ergo matronas debere perscrutare, ac tangere. Et ratio huius est, quia cum res sit haec difficilissima probationis, oportet omnem diligentiam adhiberi, ne feminarum fraudibus detur locus. Saep enim corruptae virginitatis signum effingunt, variis utentes ad id medicamentis. Quae medicamenta late inter alios tradit Bayrinus tr. de medicis humanis corp. morbis, l. 5. cap. ult. Praeterea, quia signa cognoscenda virginitatis, quae matrone habent, fallacia sunt. Ut bene probat Fragosus in sua chirur. univ. tr. 2. De la declaracione, t. Para conocer la virginitad en la muger. Matronae enim asserunt se id quibusdam signis dignoscere. Primum est, quia in collo matricis ajunt appositam esse quamdam telam obstantem ne digitus immittitur penetrare intro possit: eamque in primo coitu disrumpi, & idque cognosci, cum immittitur digitus facit introforam fertur, 2. est: quia ajunt corruptas feminas habere collum matricis latius, atque apertius, contra vero, quae sunt virgines, arctius atque compressius. At haec signa fallacia esse docet ibi Fragosus citato Ambrosio Paevo: quod eam telam vix una ex millibus habet. Atque ita Realdus l. 11. anatomie, c. 6. solum in duabus virginibus se eam invenisse affirmat. Praeterea, sunt plurima medicamenta, quibus feminae utuntur, quo collum matricis contrahatur, atque corrugetur. Deinde aut nec lac in mammillis esse certum corruptionis signum. Quod in muliere, quae nec gravida est, nec aliquando peperit, lac aliquando contingit, eo quod menstrua defecerint. Ut docet Hippocrates in suis aphorismis l. 5. aphorisma 39. Sanguis enim, qui per uterum exire debet, ad mammas a natura transmittitur: ut ibi docet Anton. Musa in expof. illius aphorismi. Imo Arist. l. 4. bist. animalium cap. 26. docet tantam lactis copiam in mammillis viri aliquando reperiri, ut possit fugi. Et Venetus se id vidisse testatur Card. lib. 12. de subtilitate. Et contingit quandoque feminam incorruptam concipere, ac semine viri circa vas effuso, matrice feminea illud attrahente. Ut testantur D. Th. quodlib. 6. ar. 18. Nav. l. 4. consil. 1. de frigiditate in priori editione, consil. 3. num. 23 in posteriori consil. 2. n. 23. Nec obstat huic conclusioni causum esse l. 1. §. Mittantur autem ff. de ventre inspiciedo, n. muliere invita obsterices ejus ventrem tangant. Quia id procedit, quando tactus minime desideratur ad rem probandam; ut contingit in impregnatione: quae sola ventris inspectione cognosci potest: iecus in probatione virginitatis, quae solo viri cognosci nequit, nisi tactus intercedat. Item quia in impregnatione id cautum fuit, ne tactu laederetur proles. Ut ait Albericus l. Imperator, la 2. nu. 4. vers. Et pro hoc facit, ff. de statu hominum, & ibi Angelus num. 2. Quae ratio non concurrit in virginitate probanda. Et ideo hanc concl. tenet Hoff. cap. pen. num. 4. de prob. c. Fraternitatis, num. 1. de frigiditate ubi Abb. antiquus n. 1. Jo. Andr. n. 4. Ant. n. 18. Anchar. nu. 3. Et 4. notab. 4. Prepos. n. 1. Alex. de Nevo in princ. n. 5. Felinus d. cap. pen. notab. 5. Franc. Aretinus consil. 142. Ex factis proponitur, dub. 4. n. 20. Greg. Lop. l. 5. verb. Mulieres, t. 8. p. 4. Fulvius Pacianus de probationibus l. 2. c. 2. n. 17.

Hinc deducitur, sanum consilium esse, ut iudex districte praecipiat matronis, ut antequam feminam inspiciant quo de ejus

de eius virginitate deponant, faciant ipsi presentibus eam in balneo aqua competenter calidae lavari, & tanto tempore moram in eo trahere, quantum necessarium fuerit, ut si forte glutino appposito verenda compressa sint, atque coarctata, ut virgo appareat, id liqueat possit. Quia in valore matr. investigando quomocumque probationes possibiles adhibenda sunt, & potius debent esse superfluae, quam diminutae (ut probavi disp. 107. n. 1.) Sic docent Hostiens. Jo. Andr. Praepos. Alexand. de Novo Greg. Lop. n. precedenti allegati. Abbas cap. Fraternitatis, num. 4. de frig. Brunellus de sponsalibus concl. 28. limit. 5. n. 25. & 27. Jus: Fulvius Pacianus de probationibus l. 1. c. 47. n. 129.

12 VI. Conclusio. Nunquam probat testis ex artis peritia deponens, nisi ex actis appareat eum fuisse diligenter interrogatum a iudice, & examinatum. Quod ejus testimonium non de certa scientia sit, sed de verisimili, & ideo diligenter examinari debet a iudice, ut verum faciat. Ita docent Bart. l. Semel, n. 1. C. de re militari, l. 12. Franciscus Aret. cap. Propositi, n. 15. vers. Adverte etiam, de probat. Qui inde inter ipsum non probare, si non reddat causam scientiae. Sed credo matronas sufficienter reddere causam, si deponant puellam esse virginem, eo quod inflexere partes feminae, in quibus deprehenditur virginitas. Ut colligitur ex cap. Propositi, de probat. ibi: Testimonio mulierum probavit, que per aspectum eam esse virginem asseruerunt. Et docent ibi Abb. num. 2. Baldus n. 2. vers. ibi, per aspectum. Callista additionibus ad Fulvium Pacianum l. 2. de prob. cap. 2. l. 1. ultra D. Sed ultra hoc exigitur, ut deponant quoque le sufficienter partes illas testifitse. Quod ex visis absque tactu non sufficienter probetur virginitas. Ut probavimus n. 10. At cum ex visis, & tactu judicetur virginitas, sufficienter ejus reddunt causam matronae ejus rei peritiss, si deponant eam feminam virginem reperit: quod ejus partes diligenter inspexerit, ac tetigerit, & eam talem judicant, sicut medicus sufficienter deponit de infirmi febre, si le arterie pulsum pertentasse asserat. Et latomus cernerantur sufficienter fidem de quantitate lumpium aliquis adificii suo testimonio facit, testificans se totum id diligenter perstraxisse, atque inde id percepisse.

13 Sed dubitavit, an matronae, ac reliqui artis periti jurare debeant, ut suo testimonio fidem faciant? Pars negans suaderi videtur ex cap. Testificati, de probat. ubi fit mentio de juramento mulieris dicentis se non esse cognitam, nulla de matronarum juramento mentione facta. Et l. 1. ff. de ventre inspiciendo, paulo post principium, de sola simplici obstetricum asseritione mentio fit. Ubi gl. v. Vel due, ait forte non exigi juramentum. Secundo, quia licet regulariter, ut testes non attracti jurejurando minime fidem faciant, cap. Nuper, in fi. de testibus l. Jurisjurandi, C. de testibus. Ad id fallit in testimonio artis peritorum: ut de obstetricibus ad ventrem inspiciendum assumptis testatur gl. d. l. Jurisjurandi, v. Jurisjurandi. Ceterum tenendum est, id juramentum desiderari. Probatur ex c. Fraternitatis, de frig. ibi: Districte illis injungens sub periculo animarum. Et ibi: Quae tandem in fide sua ubi asseruerunt. Deinde quod cum haec res sit gravissima, non est rationi consonum, ut absque juramento matronis fides habeatur. Et ita de his affirmant gl. cod. c. Fraternitatis, v. Districte. Et ibi Innoc. in princ. Hostiens. num. 2. Jo. Andr. n. 5. Et 23. Abbas n. 12. Anchar. num. 4. notab. 5. Ant. num. 17. Cardin. num. 3. Praepos. num. 7. Et 8. Alex. de Novo ibi in principio, num. 9. 10. & 12. Bart. l. 1. in princ. num. 2. ff. de ventre inspiciendo. Alber. in suo dictionario, lit. D. v. Divortium, paulo post principium. Allen. 2. par. sum. l. 8. r. 37. ar. 2. paulo post principium. Bald. d. cap. Propositi, num. 3. Anto. Cucus l. 5. inf. majorum, r. 12. num. 204. Et in genere de ceteris artis peritis id tradunt Host. Jo. Andr. Abb. Anchar. Praep. Alex. de Novo eidem locis. Cov. l. 2. var. cap. 13. num. 4. concl. 4. Pinel. de rescind. vend. l. 2. p. 3. cap. 4. num. 3. Jo. Garcia de expens. cap. 34. num. 18. Mattiuzo l. 5. recap. l. 11. l. 1. gl. 2. num. 20. & 21. Et multi alii quos referat, ac sequitur Mascard. de probationibus, concl. 1174. num. 48. Fulv. Pacianus de probationibus lib. 1. cap. 47. num. 21. Zavol. qu. praep. q. 1. n. 25. & alii quos hic referunt. Hoc tamen limitandum est, nisi assumpti fuerint a partibus de communi consensu. Cum enim tunc fides eorum sit ab utraque parte approbata, juramentum non est necessarium. Secus si a solo iudice vel de iudicis mandato periti illi electi essent. Sic alius relatis Fulv. Pacianus ibi n. 22. Cov. Jo. Garcia proximae relati, Mascard. nu. 51. qui alius relatis addit, nec teneri hos jurare, quando assumpti sunt a iudice, de communi partium consensu. Similiter tenentur jurare, quando legis praepcepto periti hi electi essent a partibus: sicut diximus teneri, quando iudicis praepcepto. Quod in neutro eorum libere eligant, ut sic videantur omnino fidem illorum approbare, sed legis, ut iudicis praepcepto coactae. Quamvis autem quando communitriusque partis consensu periti electi sunt, non tenentur jurare (ut proxime dictum est) at id nullatenus admittitur in matronis de communi partium consensu electis ad explorandam uxoris virginitatem, ad dissolvendum matr. Quod cum nequeat conjuges in hac re cedere jure suo, atque agatur de re tam gravi, & ubi subest maximum peccati periculum, nil confert consensu, ac approbatio partium, ne iudex ex officio sufficientissimam, ac superabundantem probationem exigere teneatur, ut suae conscientiae satisfaciatur: eo vel maxime, quod in causa conjugali multa iudex ex officio loquitur, ut n. 25. dicemus.

Impedimentis eligi debent a iudice partibus presentibus, & legitime citatis, licet relatio peritorum possit paribus absentibus coram iudice fieri. Sicut ad depositionem aliorum testimonium pars debet citari, at non debet esse praesens depositioni, sed soli juramento. Constat ex c. 1. de consang. ibi: Quocirca mandamus, quatenus utramque partem ante tuam presentiam convocet, & facias testes coram te jurare. Et ita docent Bartolus l. Theopompus num. 11. ff. de doct. prelegat. Host. cap. Fraternitatis, num. 1. v. Ad tuam presentiam, de frig. & ibi 79. Andr. num. 5. Alex. de Novo ibi, principio, num. 5. Mascardus de probat. concl. 1038. num. 19. Fulv. Pacianus de probationibus l. 1. cap. 47. n. 120. Et ratio est, quia potest pars opponere eos sibi esse suspectos. Unde hoc temperandum est, nisi electione partium facta esset communi partium consensu intercedente. Quoniam cum tunc partium approbationem habeant, non est haram citatio, ut praesentia necessaria. Et ita temperant Jos. caus. 220. num. 13. vol. 2. Decius cap. 2. n. 62. de testibus. Cov. l. 2. var. cap. 13. num. 5. concl. 5. 70. Garcia de expens. cap. 24. n. 18. Fulvius Pacianus alius referens cod. c. 47. n. 124. Secundo limitandum est, nisi iudex eos vocaret ad suam informationem. Ut multum relatis tradit Masc. de probationibus, in proemio q. 5. nu. 39.

VII. conclusio. Matronae, ac ceteri artis periti non tenentur cum omnimoda certitudine testificari, sed tantum verisimiliter, juxta aestimationem, quam ex artis peritia affectu sunt: quando peritia veritatem circa illas res, quae non constant certis & indubitatis disciplinis regulis. Quare in hoc distant ab aliis testibus, qui regulariter de veritate absolute debent testificari. Et constat ex l. 1. in principio ibi, Praegnantem videri ff. de ventre inspiciendo. Et ratio est, quod his peritis impossibile sit cum omnimoda certitudine attestari: eo quod artis peritiam illam non habeant. Et ita docent omnes quos n. 13. retulimus afferentes eos teneri jurare. Et multis alius relatis tradunt Masc. de prob. concl. 1174. n. 48. Et 49. Fulv. Pacianus, de prob. l. 1. c. 47. n. 17.

VIII. Conclusio. Duae matronae iure necessariae, & suffic. 16 ciant, ut de virginitate deponant: & idem in aliis artis peritis. Quia a regula generali, distant in ore duorum vel trium stare omne verbum, c. In omni negotio, de testibus, res hac non excipitur. Quamvis enim aliqui textus videantur plures duas matronas petere, jam illis falsis est disp. 109. n. 8. ubi & adversus aliquos DD. probavi fide duas matronas, quibus vel mulier sola asserunt se virginem, id vero neganti. Et ideo ultra DD. ibi allegatos, iustinet hanc conclusionem Ant. c. Fraternitatis n. 4. de frig. Alex. de Novo cap. fin. num. 11. cod. tit. Monald. in sum. ubi de matr. i. Qualiter quando fit divortium propter impedim. coendi col. ult. vers. Item quando mulier. Alberic. in suo dictionario lit. D. v. Divortium, paulo post princ. Jo. de Erbingo in sum. cons. l. 4. r. 16. q. 16.

Hinc deducitur, regulariter unus artis periti, ut matronae testimonium minime sufficere: ut constat ex dictis num. praec. At hoc fallit: quando unus solus reperitur in civitate illa fide dignus: tunc enim illius testimonium satis esset. Quod probatur ex auct. de non alienando, s. Quod autem collat. 2. ubi disponitur pro affirmando rei valore adhibendis duos artis peritos, ubi in civitate reperiantur, alias satis esse unum. Et ex l. 1. in fin. ff. de ver. oblig. ubi, Uterque alterius linguam intelligat, sive per se, sive per unum interpretem. Ubi textus loquitur de uno interprete, & nulla alia probatio desideratur. Et ita docent Bart. l. 1. num. 4. C. de ponderat. & l. 1. in fin. ff. de Corn. de scicris, & l. 1. in princ. Bald. 4. vers. Sed quae, ff. de ventr. inspiciendo, A. ch. cap. Laudabilem, num. 5. not. 6. de frig. Ant. cap. Propositi, num. 6. de prob. & ibi Decius a num. 18. in nova edit. Fel. ibi num. 7. vers. Fallit, tertio, Bald. cap. pen. num. 3. cod. 1. & ibi Barbatus col. penul. n. 12. Ant. Gom. l. 2. var. cap. 9. num. 5. Mascard. de prob. concl. 1174. nu. 21. Fulv. Pacianus l. 1. de prob. cap. 47. num. 35. Atque hoc extendunt aliqui rejecta contraria Abbatis opinione, quamvis causa sit ardua. Sic Felinus ac Decius, Mascard. num. 25. Fulv. Pacianus num. 36. Et duplici sequenti. Qui tamen hoc intelligit cum Armino d. cap. Propositi, n. 12. & Jo. Mascard. cod. num. 25, quando in re ardua uno ille testificans, alius deficientibus, effect artis illius peritissimus, atque in ea valde excellens: quod si talis non sit, vocandus est alius ex loco vicino. Et quamvis predicti DD. non loquantur specialiter de matronis assumptis ad testificandum de feminae integritate, ut vel sic dissolvatur matr. at cum eadem sit ratio de ipsis, ac alius artis peritis ad testificandum in re ardua assumptis, idem dicent de his matronis, eo vel maxime, quod absolute, & in genere loquantur de iis, qui juxta artis peritiam testificantur, sub quibus haec matronae comprehenduntur. Adde ut cap. Propositi, & cap. pen. ex cap. Fraternitatis, allegatis, in quibus multi ex autoribus citatis tradunt hanc doctrinam, sermone haberi de matronis assumptis ad dictam testificationem, quare manifeste in illis quoque eandem doctrinam tradunt, ut una sufficiat, quando plures nequeant haberi in illo oppido. Quod est intelligendum juxta limitationem positam, quando ea esset artis peritissima: eo quod res hac sit valde ardua. Sed quamvis haec pars tanquam satis probabilis possit amplecti ob tot tamque gravium autorum approbationem: at multo magis placet cum doctrinam tantum esse veram, quando res non est ardua, sed de levi, aut nullo alienius prejudicio agitur. Quare ubi res est ardua, nullatenus unus testimonio standum est, quamvis unicus

excus artis peritus sit in eo oppido: sed convocandus erit alius ex vicino loco. Quod affirmant Abb. cap. Propositi, num. 5. de probat. & Jo. Garcia de expens. cap. 24. num. 20. 21. Quia regula generalis est, ut testimonium unus quamvis dignitate praediti integram minime faciat, l. Jurisjurandi, in fin. cap. de test. cap. Licet universis, de test. At nullus est textus excipiens hanc licet: nec illi, quibus contrarii inveniuntur, hanc exceptionem probant. Nam s. Quod autem, loquitur quando Ecclesia vult aestimationem rei suae nosse, ut tradat eam in emphyteum, quare non mirum est, si decidatur unicum aestimatorem sufficere, alius deficientibus. Quia non agitur nisi de Ecclesiae instructione ut suae utilitati consulat: & accepturo in emphyteum incumbit sibi prospicere, & aliorum de consilio capere, an sibi ea expediat aestimatio. Nec d. l. 1. s. ff. allegata etiam pro contraria sententia, illi favet. Quia optime citato Bartolo respondet Joan. Garcia num. 21. interpretem longo distare a teste, quod hic ab uno contra alium fumatur: ille vero est consentiu uniusque testis arbitri, aut arbitrator. Quare non mirum est, si unicus teste non sufficiat nam unus interpres semper sufficit. At hoc in omni sententia non valet nisi deficientibus, in hac causa conjugali non sufficere unius matronae etiam peritissimae depositionem, quamvis ea sola in illo oppido reperitur, sed aliam ex vicino oppido vocandam esse. Cum causa hac sit valde ardua, & tendat in magnam mater. praesudicium, nimium, ut intum dissolvatur, concessa ad aliud transicendi facultate: & agatur de maximo animarum dispendio.

IX. Conclusio. Quamvis negativa fit difficultis probationis, & major fides habeatur paucis affirmantibus, quam plurimis negantibus (de qua re reg. l. 4. tota disput. 27.) at in testimonio artis peritorum, & subinde matronarum, nil distat inter affirmantem, aut negantem depositionem, sed aequae creditur affirmanti, ac neganti. Ratio disparitatis est, quod in aliis rebus testis affirmans, v. gr. Petrus homicidam fuisse, testatur de re, quae sensu percipi potest: quod locus est in negante. Nam cum non semper possit esse cum Petro, ipsi sumque intueri potuit Petrus eo tunc absente, aut non intente, homicidam esse: Nil sit negativa coarctata loco, & tempore (ut explicui d. disp. 27.) At cum ex artis peritia quis testatur, aequae artis illius regulis subicitur pars negans, ac affirmans: ut feminam esse, aut non esse virginem: expensis edificii attingere mille auros nummos, vel non attingere. Et ideo ita docent Bart. l. Diem proferre, s. Si plures, ff. de receptis arbitri. Et ibi Bald. vers. Nam tuac distinguat. Albericus l. 1. num. 6. vers. Secundo casu, ff. de ventre inspiciendo. Aret. l. 1. s. fin. num. 41. vers. Tu autem adverte, ff. de verb. oblig. Fel. cap. In nostra, num. 6. vers. Et istis addo, de testib. Socin. sen. reg. 508. in 2. fallent. de reg. juris. Ant. Gabr. tom. 3. commun. l. 1. de testibus, concl. 4. n. 14. lim. 6. Fulv. Pacianus de prob. l. 1. c. 50. n. 58. & c. 47. n. 3.

X. Conclusio. Peritiores in arte quamvis pauciores praevaleant pluribus minus peritis. Quia cum radix testificandi sit artis peritia, ubi ea major est, licet in testibus paucioribus, praeponderat majori testimonio numero praedictorum minor peritia. Et ita docent s. Speculat. tit. de Probat. s. si num. 27. Abbas cap. penul. num. 1. cod. tit. Fel. cap. Propositi, s. si num. 27. Alciatus l. 1. s. fin. num. 48. ff. de v. oblig. & ibi n. 40. Galianus n. 4. Roman. num. 9. Mascard. de prob. concl. 1174. nu. 42. Fulv. Pacianus de prob. lib. 1. c. 47. n. 165.

XI. Conclusio. Ceteris paribus magis est habenda fides testificantis virum esse potentem, quam dicentis frigidum: ut si aequales numero, & peritia sint testes. Quod illi verisimiliora, ac naturae aptiora testantur, cum potentia coenadi sit qualitas naturalis, atque praesumatur, dum frigiditas non constat. Et ita docent Innoc. cap. 1. num. 5. de frig. Corset. in suis sing. singulari incipienti, Duo testes deponunt. Petr. Greg. in synag. juris, l. 9. cap. 12. num. 11. Fulv. Pacian. de probat. l. 1. c. 50. n. 62. Similiter duas matronas deponentibus feminam esse virginem potius creditur, quam aequalibus eam esse corruptam testantibus. Quia illae habent naturae, ac juris praesumptionem pro se: virginitas enim praesumitur, cum sit qualitas naturalis. Sic allegato Curtio docet Fulv. Pacianus de prob. l. 2. c. 2. num. 12. Quod bene limitat. n. 13. & l. 1. c. 50. n. 60. quando res dubia esset, non existentibus verisimilibus conjecturis corruptionis feminae: nam his existentibus, ut si proberetur juvenem dormisse cum ea, plus creditur affirmantibus eam esse corruptam. Et in hoc causa intelliguntur Baldus l. Tertium num. 37. vers. Quarto dixi, C. de test. Jacob. de sancto Georg. l. Ob carnem, s. Si testes, num. 7. vers. Quarto iudex, ff. de testibus Fel. cap. In nostra, num. 7. vers. Et referuntur, de test. Decius concl. 368. In causa num. 3. vol. 3. dicentes magis credi obstetricibus feminam esse corruptam attestantibus. Ex quo infero, in causa separationis mar. ratione impotentiae viri, quando de ea non constat, magis habetur fides ceteris paribus matronis afferentibus feminam esse corruptam. Quod cum dormierit una cum viro, fit vehemens corruptionis conjectura.

XII. Conclusio. Quamvis regulariter ad mulierem inspiciendam eligenda sint matronae honestas gratia, ut constat ex cap. Propositi, & ex cap. pen. de prob. Et ex cap. Fraternitatis, & ex cap. fin. de frig. at ubi agitur de qualitate, altiore m pe-

ritiam ad iudicandum desideranti, quam quae in feminis reperitur, ne probationum facultas pereat, aut matr. validum dissolvatur, vel irritum approbatur, medici periti adhibendi sunt, qui feminam inspiciant. Quod huus rei gravitas, ac necessitas praepouderet naturali honestati. Sicut a medicis aspiciunt, ubi necessitas urget morbi. Et prob. ex c. Ex lit. de frig. ibi: Si vitium illud mulier a natura contraxerit, nec ope medicorum poterit adjuvari. Et cap. Fraternitatis, v. Per haec autem, cod. tit. ibi: Nisi per incisionem, aut alio simili modo violentia inferatur. Nam uterque textus supponit in his eventibus feminam a medicis inspiciendam, ut pote, qui nec id judicare nec decidere possunt absque conspectu. Et ita docent Franc. Aret. concl. 141. dub. 4. num. 15. vers. Venio nunc ad quartum, referens id effectum fuisse cum Dorothea filia Ludovici, Marchionis Mantuae. Decius cap. Propositi, n. 3. notab. 2. de prob. Et dicat esse veritissimum, & observatum cum filia Ducis Parmae, Fulv. Pacianus de prob. l. 2. c. 2. n. 33. & 34. Quamvis l. 1. c. 4. combinatis, n. 28. vers. Primum, non recte relatis Decio, & Arctino autoribus huus ten. sic dicit: An tamen bene fenerint, aliorum fit iudicium.

XIII. Conclusio. Et si regulariter publicatis attestantibus non possint alii testes admitti, saltem vberi eadem articulis: ut constat ex c. Fraternitatis, de test. & elem. 2. cod. 2. Id tamen fallit in testibus ad virginitatem feminae inspiciendam inductis, quales sunt matronae vel medici, possunt enim alii induci post eam publicationem. Constat ex c. pen. de probat. Et tradit ibi gl. v. Paris, Innoc. cap. un. Host. num. 4. Jo. Andr. num. 2. Ant. num. 3. Abbas statim in princ. notab. 2. Fald. m. l. Inopla statim in princ. Fel. num. 2. n. 3. Franc. Aret. num. 4. notab. 4. Nav. l. 1. conf. de frigiditate, in princ. cod. tit. 3. in fi. in post. concl. 2. s. Ful. Pacian. prob. cap. 47. num. 77. Atque id verum est, quamvis id tendat in professionem emissa praesudicium. Constat ex d. cap. pen. nam matronae sibi inducuntur ad inspiciendam conjugatam, volentem ex aspectu probare se virginem, & provide professionem etiam de factam valuisse, eo quod matrimonium consummavit, adversus virum petentem eam sibi restitui, & tamen publicatis attestantibus aliae matronae admittuntur. Et ita docent Anto. Abb. Inola, proximus allegati. Et quamvis gl. cod. cap. pen. verb. Paris, & ibi Ant. num. 10. velint specialius esse in matr. ut publicatis attestantibus alii testes admittantur: eo quod sententia in illo lata non transeat in rem judicatam. At verius est, id esse generale in omnibus causis decidendis per artis peritorum testimonia: quoties illi nequeant de certa scientia, sed tantum de verisimili deponere. Et ratio est, quia priores testes facile decipi potuerit. Et ideo hoc esse generale in omnibus his causis saeleatur, ex ratione tradita huus admisionis novorum testium, d. cap. pen. ibi: Quia sepe manus fallitur, & oculus obstetricum. Quae cum sit generalis, ac communis omnibus his causis, decido quoque communis esse debet. Et ita sententur Bald. Fel. Felin. Franc. Aret. proximae allegati. Qui bene addit, polse in omnibus his causis induci tunc alios quosvis testes, quamvis non sint ejus artis periti, led alter de veritate deponunt. Quod eadem ratio facillitatem deceptionis priorum testium militet. Possunt autem recipi novii illi testes publicatis attestantibus, sive ex iudicis officio, sive ad partis instantiam producantur. Et ita docent Abb. Bald. Felin. Fulv. Pacianus proximae citati, ita bene intelligit polse ad partis instantiam, quando ei modo nil imputari potest, quare eos prius non produxerit.

Ino in causa conjugali possunt etiam lata jam sententia 23 alii testes recipi, nedum solum publicatis attestantibus. Ut constat ex cap. Lator, de sentent. & re jud. & cap. Fraternitatis, de frig. Et ratio est, quia in ea non tranlit sententia in rem judicatam. Et ita tradunt Inn. c. pen. num. 1. de probat. & ibi Host. num. Jo. Andr. num. 2. Ant. num. 6. An vero id sit generale in omnibus causis, quae per artis peritorum testimonia deciduntur, pendet solutio ex ea quaestione, an similiter in illis sententia non transeat in rem judicatam: si hoc enim verum est, idem dicendum erit: secus si transeat. Et de qua quaest. (quia ad rem nostram non facit) consulti sunt Franc. Aretin. cap. Propositi, de probat. & ibi Decius, & Jo. DD. Pin. l. 2. p. 3. cap. ult. n. 6. c. de rescind. vend. Lupul. l. 2. s. 5. nu. 255. Sed cadit hic congrue, C. de patris insepul. & vend.

Ex dictis inferitur, in causis in quibus exuberat iudicis 24 officium, ut in beneficiabilibus, ac conjugalibus, polse iudicem suum officium interponere, non tantum in iis, quae pars intenteat nequit: ut in cap. Constitutus, de appell. & cum nobis olim, de elect. sed in iis etiam, quae potest pars. Constat ex cap. pen. de prob. ubi, quia de matr. dissolvendo agebatur, pars poterat producere testes publicatis attestantibus (ut diximus 12.) & tamen iudex eos ex officio produxit, ibi: Voluimus, & mandamus, ut ad hoc honestas matronas, providas, ac prudentes, deputari debeatis. Et notant ibi Host. n. 4. Jo. Andr. n. 2. Abbas in principio, notab. ult. Franc. Aret. num. 5. notab. ult. Felin. n. 2. notab. 7. Card. n. 1.

Quinimo in his causis conjugalibus iudex ex officio multa 25 supplet. Quod bene docent Card. cap. fin. num. 1. vers. Nota, quod virginitas, de frig. Et probatur ex eo textu, ubi quia de matr. ratione impotentiae dissolvendo tractabatur, iudex ex officio fecit per matronas infipici uxorem, interrogavit presbyterum parochianum, ac multa alia fecit. Potest etiam ex officio corrigere dictum testis parte non 26 petent.

petente, quoties testis deponit juxta artis peritiam. Ut per L. Arborea, ff. qui satisdare cogantur, docent Bart. ibi num. 4. Franciscus Arer. cap. pen. nu. 6. usq. ult. de probat. Falv. Pacianus de probationibus, l. 1. c. 47. n. 71. quod limitat. n. 62. ut procedat ante quam iudex sententiam tulerit.

27 Similiter potest iudex in causa conjugali facere, ex officio suo parte non petente, ut allegata impotentia viri aut femine arctitudine, inspicitur vir aut femina, ut vel sic nominatim arctitudine, necne. Quia suum est cavere animarum periculum, quod imminet si matr. illud sit irritum. Deinde, quod in causis conjugalibus iudicis officium exuberet, & sapieat multa, quae poster pars intentare. Ut probavimus triplici n. praeced. Et ita docent Abbas cap. Fraternalitatis, n. 4. d. frig. Et ibi Alex. de Nevo in princ. nu. 5. Alensis 2. p. sum. l. 3. tit. 37. ar. 2. paulo post principium.

28 Tandem id speciale est in causis conjugalibus, & in omnibus aliis, in quibus animae periculum veritatur, & agitur de peccato vitando, ut quamvis actor nil probaverit, & proinde nulla sit pro actore praesumptio, adhuc sit juramentum deferendum reo, & hoc fit ad purgandam omnem suspitionem. Constat ex c. Continebatur, de desponsal. impub. ubi puella erat acriter ad probandum copulam minime intervenisse, atque proinde matr. fuisse irritum, & nil probavit: & tamen textus ait fidem habendam esse marito, qui copulam intervenisse affirmabat, si id firmaverit juramento. Desertur ergo juramentum reo, acriter nihil probante. Et ita animadvertunt ibi gl. v. Juramento, in fi. Et ibi Abbas nu. 8. Alex. de Nevo, n. 21. Praepos. n. 6. Ex quo infero, si volenti contrahere matrim. opponatur impedimentum aliquod, quamvis id minime probetur esse petendum juramentum a reo, quo juret id impedimentum non esse. Et quamvis nullam Doctorem invenierim, qui in propriis terminis hoc asserat, constat ex doctrina tradita. Cum enim tunc tractetur de vitando peccato, quod committitur in eundo matrimonium cum impedimento aliquo, deferendum est juramentum reo, quamvis actor nil probet.

## DISPUTATIO CXIV.

Utrum conjugii impotentem, ut viro frigido, aut mulieri arctae, integrum sit contra matr. proclamare, an potius id jus proclamandi soli competat potenti?

## SUMMARIUM.

Proponitur ratio dubitandi, num. 1.  
An viro impotentem integrum sit contra matrimonium proclamare, 2.  
Quid, si proclamer, ut ad alias nuptias transeat, 3.  
Quid, si propriam impotentiam nosset tempore matr. 4.  
An possit tunc implorare officium iudicis, ut matrimonium separet, 5.  
An femina, ex parte cuius est impotentia, possit proclamare adversus matrimonium, sicut potest vir, quando ipse est impotens, 6.

Ratio dubitandi in hac disp. ea est, quod non audiat is, cuius non interest, c. Non solent, 2. q. 6. Et cap. Cum inter, de elec. At separari matr. non interest impoten-

tis. Cum sibi injuria non irrogetur, eo quod potest habitare in fratris, & fororis (ut probavi disp. 97. n. 4.) nec potest ad alias nuptias transire: Non ergo jus hoc proclamandi competet impotenti, sed soli potenti.

Ceterum quando impotentia se tenet ex parte viri, res est certa posse ipsum proclamare adversus matr. Quia sua interest ipsum dissolvi, nec compellatur ad onera matr. irriti sustinenda. Atque id constat ex cap. 1. de frig. ubi vir proclamavit propriam frigiditatem allegans, & auditus est. Et ita docent Glossa cap. 2. verb. Ideo 33. quest. 1. Abb. antiquus d. cap. 1. num. 3. Et ibi Joann. And. numer. 3. Abbas num. 1. notab. 1. Alex. de Nevo num. 1. Praepos. num. 4. Sivo. Matrimonium 8. quest. 16. dist. 5. & ex Theologis Palud. 4. dist. 34. quest. 2. ar. 1. concl. 4. num. 19. fin. D. Ant. 3. p. tit. 1. cap. 12. §. 1.

Hoc tamen temperandum est, si vir propriam frigiditatem alleget, ut id matrimonium dissolvatur, ac eximatur ab ejus oneribus sustinendis. Si enim eo tendat, ut sibi ad alias nuptias transitus permittatur, audiendus est. Quod petitio sua adverteretur allegationi: siquidem frigidus, ut est incapax hujus matrimonii, ita est cuiuscunque est. Et ita docent Glossa, Et Alex. de Nevo, num. praeced. alleg. Sed bene Alex. de Nevo eo. c. 2. num. 2. hoc intelligit, quando vir allegat propriam frigiditatem: si enim allegaret maleficium, audiretur. Quia maleficium communiter est tantum respectu illius feminae, cum qua contraxerat (ut probavimus disp. 94. num. 4.) & illa probato maleficio, capax erit alterius matrimonii. Et cum haec quoque ratio militat, quando allegat solam impotentiam respectu illius feminae, similiter tunc audiendus erit ad effectum alterius matrimonii ineundi.

Secundo temperandum est ut liceat viro proclamare, suam impotentiam allegando, quando illius ignarus fuit tempore matrim. Cum enim dolus nemini patrocinari debeat, minime audietur, si illam tunc norit. Argumento ex c. 1. de eo, qui duxit. Et ita sentiunt Glossa, Palud. D. Ant. Sivo. nu. 2. allegati. An vero teneatur tunc vir eam feminae habere ut fororem? dixi disp. 97. n. 9. & 10.

Si tamen periculum incontinentiae ex consortio cum ea uxore exultimata subesse, possit utique vir adire iudicem: & petere, ut ex officio suo eos separet. Nam iudex in hoc eventu tenetur conjunctionem hanc non permittere, quamvis velint, ut frater, & soror simul esse. Ut probavi disp. 97. num. 5.

Major difficultas est, an quando impotentia se tenet ex parte feminae illam ignorantis tempore matr. potest reclamare contra matr. allegando suam impotentiam? Nam ratio num. 1. proposita partem negantem suadet: eo quod feminae non interit id matrimonium dissolvi. Et ita videtur tenere Gloss. Abb. antiquus, Jo. And. Abbas, Alex. de Nevo, Praep. n. 2. allegati: tanquam speciale enim id de viro concedere videntur, reddentes eam rationem, ut vir ab oneribus matr. sustinendis abolvatur. Quae ratio non habet locum in uxore. At melius Palud. D. Ant. Et Sivo. num. 2. relati, id quoque in femina admittunt: Quod satis sua interest separari ab eo, qui vere non est suus vir, nec ipsi subici, & restitui sibi dorem. Nec aequum est eam cogi simul esse in fratris. Cum tantum se obligare ad habendum ut viram, ac culpa vacaret.

FINIS TOMI SECUNDI.

R. P. THOMÆ

SANCHEZ  
CORDUBENSIS,

E SOCIETATE JESU,

DE

## SANCTO MATRIMONII


SACRAMENTO.

## DISPUTATIONUM

TOMUS TERTIUS.

IN QUO CONTINENTUR LIBER VIII.

qui est de DISPENSATIONIBUS: IX. qui est de DEBITO CONJUGALI, & X. qui agit de DIVORTIO: tandem accedunt in fine APHORISMI ex decem Libris Commentariorum ejusdem Auctoris de Matrimonio in Compensum redacti, velut Medulla totius Operis, necnon CONSTITUTIONES SS. D. N. Papæ Benedicti XIV. circa idem Sacramentum editæ.



VITERBII, MDCCLIV.

Prostant

VENETIIS

Apud NICOLAUM PEZZANA.